

TIT. XVI.

DE RECEPTORIBUS 1.

1. MARCIANUS, lib. 2 publicorum Judiciorum.

Pessimum genus est receptorum, sine quibus nemo latere diu potest 2. Et praecipitur, ut perinde puniantur, atque latrones. In pari 3 causa habendi sunt, quia cum apprehendere latrones possent, pecunia accepta, el subreptorum parte, demiserunt.

2. PAULUS, lib. sing. de penis Paganorum.

Eos, apud quos adfinis, vel cognatus latro conservatus est: neque absolvendos, neque severe admodum puniendos: non enim par est eorum elictum, et eorum qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt.

TIT. XVII.

DE FURIBUS BALNEARIIS.

1. ULPIANUS, lib. 8, de Officio proconsulis.

Fures nocturni extra ordinem audiendi sunt, et causa cognita puniendi: dummodo sciamus, in pena eorum operis publici temporarii modum non egrediendum Idem et in balneariis furibus. Sed si telo se fures defendunt, vel effractores, vel caeteri his similes, nec cuiquam percusserunt, metalli pena, vel honestiores relegationis adiciendi erunt.

2. MARCIANUS, lib. 2 Judiciorum publicorum.

Sed si interdum furum fecerunt, ad jus ordinarium remittendi sunt.

3. PAULUS, lib. sing. de penis Militum.

Miles, qui in furto balneario adprehensus est, ignominia mitti debet.

TIT. XVIII.

DE EFFRACITORIBUS ET EXPILATORIBUS.

1. ULPIANUS, lib. 8, de Officio proconsulis.

De his 1, qui carcere effracto evaserunt, sumendum supplicium divi fratres Emilio Tironi rescripserunt. Saturninus etiam probat [in] eos, qui de carcere eruperunt, sive effractis foribus, sive conspiratione cum caeteris qui in eadem custodia erant, capite puniendos: quod si per negligentiam custodum evaserunt, levius puniendos. — § 1. Expilatores, qui sunt atrociores 2 fures (hoc enim est expilatores), in opus publicum vel perpetuum vel temporarium dari solent: honestiores autem ordine ad tempus moveri, vel fines patriae juberi excedere; quibus nulla specialis pena rescriptis principalibus imposita est, idcirco causa cognita liberum erit arbitrium statuendi ei, qui cognoscit. — § 2. Simili modo et saccularii 5 et delectarii 4 erunt puniendi, item effractores. Sed enim D. Marcus effractorem equitem romanum, qui effracto perforatoque pariete pecuniam abstulerat, quinquennio abstinere jussit provincia Africa (unde erat), et urbe, et Italia. Oportebit autem aequae, et in effractores, et in caeteros suprascriptos causa cognita statui, prout amissum suggerit: dummodo ne quis in plebeo operis publici poenam, vel in honestiore relegationis excedat.

2. PAULUS, lib. sing. de Officio Praefecti vigilum.

Inter effractores varie animadvertitur; atrociores enim sunt nocturni effractores: et ideo hi fustibus caesi in metallum dari solent: diurni vero effractores post fustium castigationem in opus perpetuum vel temporarium dandi sunt.

TIT. XIX.

EXPILATÆ HEREDITATIS.

1. MARCIANUS, lib. 3 Institutionum.

Si quis alienam hereditatem expilaverit, extra ordinem solet coerceri

TIT. XVI. — 1. Lib. 9, C. 39. — 2. L. 15, in fin. pr. supr. de offic. praesid. — 3. L. 1, C. de his, qui latrones; L. 5, § 3, supr. de incend. — 4. L. 3, § 12, supr. de SC. Silan. — 5. C. ad leg. Jul. de vi publ.; L. un. C. de crimine peculat. — 6. L. 15, in fin. pr. supr. de custod. — 7. L. 38, § pen. infr. de pen.; L. 15, § pen. infr. de re milit. — 8. L. 15, § 6, infr. de pen.; L. 12, C. ex quib. caus. infam. — 9. L. 7, supr. de extraord. crimin. — 4. d. L. 7. — 5. L. 9, C. 32. — 2. L. ult. C. h. t. — 3. L. 5, infr. eod. — 4. L. 68, supr. de furt. — 5. L. 4, circa fin. C. h. t. — 6. L. 17, in fin. C. de furt. — 7. L. 2, in pr. supr. h.

per accusationem expilatæ hereditatis, sicut [et] oratione divi Marci cavetur.

2. ULPIANUS, lib. 9, de Officio proconsulis.

Si expilatæ hereditatis crimen 2 intendatur, praeses 3 provinciae cognitionem suam accommodare debet: cum 4 enim furti agi non potest, solum superest auxilium praesidis. — § 1. Apparet autem expilatæ hereditatis crimen eo casu intendi posse, quo casu furti agi non potest: scilicet ante aditam hereditatem; vel post aditam, antequam res ab herede possessa sunt; nam in hunc casum furti actionem non competere palam est: quamvis ad exhibendum 5 agi posse, si qui vindicaturus 6 exhiberi desideret, palam sit.

3. MARCIANUS, lib. 2 publicorum Judiciorum.

Divus Severus et Antoninus rescripserunt, electionem esse, utrum quis velit crimen expilatæ hereditatis extra ordinem apud praefectum urbi vel apud praesides 7 agere: an hereditatem a possessoribus jure ordinario vindicare.

4. PAULUS, lib. 3 Responsorum.

Res hereditarias omnium heredum fuisse communes: et ideo eum, qui expilatæ hereditatis crimen objicit, et obtinuit, etiam coheredi pro-fuisse videri.

5. HERMOGENIANUS, lib. 2 juris Epitomarum.

Uxor 8 expilatæ hereditatis crimine idcirco non accusatur, quia 9 nec furti cum ea agitur.

6. PAULUS, lib. 4, ad Neratium.

Si rem hereditariam, ignorans in ea causa esse, subripuisti, furtum te facere respondit. Paulus: Rei 10 hereditaria furtum [non] fit, sicut 11 nec ejus, quæ sine domina est: et nihil mutat existimatio subripiensis.

TIT. XX.

STELLIONATUS 1.

1. PAPINIANUS, lib. 4 Responsorum.

Actio stellionatus neque publicis 2 judiciis, neque privatis actionibus continetur.

2. ULPIANUS, lib. 8, ad Sabinum.

Stellionatus judicium famosum quidem non 3 est, sed coercionem extraordinariam habet.

3. Idem, lib. 8, de Officio proconsulis.

Stellionatus accusatio ad praesidis cognitionem spectat. — § 1. Stellionatum autem objici posse his qui dolo quid fecerunt, sciendum est: scilicet si aliud crimen non sit, quod objiciatur; quod enim in privatis judiciis est de dolo actio, hoc in criminibus stellionatus persecutio. Ubi quæque igitur titulus criminis deficit, illic stellionatus objiciemus. Maxime autem in his locum habet, si quis forte rem alii obligatam, dissimulata 4 obligatione, per calliditatem alii distraxerit vel permutaverit, vel in solum dederit: nam hæc omnes species stellionatum continent. Sed et si quis merces supposuerit, vel obligatas averterit, vel [si] corruerit, æque stellionatus reus erit. Item si quis imposturam fecerit, vel collusionem in necem alterius, stellionatus poterit postulari. Et (ut generaliter dixerim) deficiente titulo criminis hoc crimen locum habet: nec est opus species enumerare. — § 2. Poena autem stellionatus nulla legitima est, cum nec legitimum crimen sit; solent autem ex hoc extra ordinem plecti, dummodo non debeat opus metalli hæc poena in plebeis egredi: in his autem qui sunt in aliquo honore positi, ad tempus relegatio vel ab ordine motio remittenda est. — § 3. Qui merces suppressit 5, specialiter hoc crimine postulari potest.

4. MODESTINUS, lib. 3, de Penis.

De perjurio, si sua pignora esse quis in instrumento juravit, crimen stellionatus fit: et ideo ad tempus exulat.

t. — 8. L. 4, C. eod.; L. 33, supr. de negot.; L. 17, C. de furt. — 9. L. 1, L. 2, supr. rer. amotar. — 10. L. 68, supr. de furt. — 11. L. 1, § 15, supr. si is, qui testam. liber. — 12. L. 1, § 1, supr. de furt. — 13. L. 1, § 1, supr. de furt. — 14. L. 1, § 1, supr. de furt. — 15. L. 1, § 1, supr. de furt. — 16. L. 1, § 1, supr. de furt. — 17. L. 1, § 1, supr. de furt. — 18. L. 1, § 1, supr. de furt. — 19. L. 1, § 1, supr. de furt. — 20. L. 1, § 1, supr. de furt. — 21. L. 1, § 1, supr. de furt. — 22. L. 1, § 1, supr. de furt. — 23. L. 1, § 1, supr. de furt. — 24. L. 1, § 1, supr. de furt. — 25. L. 1, § 1, supr. de furt. — 26. L. 1, § 1, supr. de furt. — 27. L. 1, § 1, supr. de furt. — 28. L. 1, § 1, supr. de furt. — 29. L. 1, § 1, supr. de furt. — 30. L. 1, § 1, supr. de furt. — 31. L. 1, § 1, supr. de furt. — 32. L. 1, § 1, supr. de furt. — 33. L. 1, § 1, supr. de furt. — 34. L. 1, § 1, supr. de furt. — 35. L. 1, § 1, supr. de furt. — 36. L. 1, § 1, supr. de furt. — 37. L. 1, § 1, supr. de furt. — 38. L. 1, § 1, supr. de furt. — 39. L. 1, § 1, supr. de furt. — 40. L. 1, § 1, supr. de furt. — 41. L. 1, § 1, supr. de furt. — 42. L. 1, § 1, supr. de furt. — 43. L. 1, § 1, supr. de furt. — 44. L. 1, § 1, supr. de furt. — 45. L. 1, § 1, supr. de furt. — 46. L. 1, § 1, supr. de furt. — 47. L. 1, § 1, supr. de furt. — 48. L. 1, § 1, supr. de furt. — 49. L. 1, § 1, supr. de furt. — 50. L. 1, § 1, supr. de furt. — 51. L. 1, § 1, supr. de furt. — 52. L. 1, § 1, supr. de furt. — 53. L. 1, § 1, supr. de furt. — 54. L. 1, § 1, supr. de furt. — 55. L. 1, § 1, supr. de furt. — 56. L. 1, § 1, supr. de furt. — 57. L. 1, § 1, supr. de furt. — 58. L. 1, § 1, supr. de furt. — 59. L. 1, § 1, supr. de furt. — 60. L. 1, § 1, supr. de furt. — 61. L. 1, § 1, supr. de furt. — 62. L. 1, § 1, supr. de furt. — 63. L. 1, § 1, supr. de furt. — 64. L. 1, § 1, supr. de furt. — 65. L. 1, § 1, supr. de furt. — 66. L. 1, § 1, supr. de furt. — 67. L. 1, § 1, supr. de furt. — 68. L. 1, § 1, supr. de furt. — 69. L. 1, § 1, supr. de furt. — 70. L. 1, § 1, supr. de furt. — 71. L. 1, § 1, supr. de furt. — 72. L. 1, § 1, supr. de furt. — 73. L. 1, § 1, supr. de furt. — 74. L. 1, § 1, supr. de furt. — 75. L. 1, § 1, supr. de furt. — 76. L. 1, § 1, supr. de furt. — 77. L. 1, § 1, supr. de furt. — 78. L. 1, § 1, supr. de furt. — 79. L. 1, § 1, supr. de furt. — 80. L. 1, § 1, supr. de furt. — 81. L. 1, § 1, supr. de furt. — 82. L. 1, § 1, supr. de furt. — 83. L. 1, § 1, supr. de furt. — 84. L. 1, § 1, supr. de furt. — 85. L. 1, § 1, supr. de furt. — 86. L. 1, § 1, supr. de furt. — 87. L. 1, § 1, supr. de furt. — 88. L. 1, § 1, supr. de furt. — 89. L. 1, § 1, supr. de furt. — 90. L. 1, § 1, supr. de furt. — 91. L. 1, § 1, supr. de furt. — 92. L. 1, § 1, supr. de furt. — 93. L. 1, § 1, supr. de furt. — 94. L. 1, § 1, supr. de furt. — 95. L. 1, § 1, supr. de furt. — 96. L. 1, § 1, supr. de furt. — 97. L. 1, § 1, supr. de furt. — 98. L. 1, § 1, supr. de furt. — 99. L. 1, § 1, supr. de furt. — 100. L. 1, § 1, supr. de furt.

TIT. XXI.

DE TERMINO MOTO.

1. MODESTINUS, lib. 8 Regularum.

Terminorum avulsorum non multa pecuniaria est 1, sed pro 2 conditione admittentium coercionem transigendum.

2. CALLISTRATUS, lib. 3, de Cognitionibus.

Divus Hadrianus in hæc verba rescripsit: *Quin pessimum factum sit eorum qui terminos finium causa positos propulerunt, dubitari non potest; de poena tamen modus ex 3 conditione personæ, et mente facientis magis statui potest: nam si splendidiore personæ sunt, quæ convincerentur, non dubie occupandorum alienorum finium causa [id] admiserunt: et possunt in tempus, ut cuiusque patitur ætas, relegari: id est, si juvenior, in longius; si senior, recisius; si vero alii negotium gesserunt, et ministerio functi sunt, castigari, et ad opus biennio dari; quod si per ignorantiam aut fortuito lapides furati sunt, sufficere eos verberibus decidere.*

3. Idem, lib. 3, de Cognitionibus.

Lege Agraria, quam Gaius Caesar tulit adversus eos, qui terminos statutos extra suum gradum finesve moverint dolo malo, pecuniaria poena constituta est 4: nam in terminos singulos, quos ejecerint, locove moverint, quinquaginta aureos in publico dari jubet: et ejus actionem, petitionem, ei qui volet, esse jubet. — § 1. Alia quoque lege Agraria, quam divus Nerva tulit, cavetur, ut si servus servave, insciente domino, dolo malo fecerit, ei capitalis esse: nisi dominus dominave multam sufferere maluerit. — § 2. Hi quoque qui finalium questionum obscurandarum causa faciem locorum convertunt, ut ex arbore arbustum, aut ex sylva novale, aut aliquid ejusmodi faciunt: poena plectendi sunt [pro] persona, et conditione, et factorum violentia.

TIT. XXII.

DE COLLEGIIS ET CORPORIBUS.

1. MARCIANUS, lib. 3 Institutionum.

Mandatis 1 principalibus praecipitur praesidibus provinciarum, ne patientur esse [collegia] sodalitia, neve milites collegia in castris habeant; sed permittitur tenuioribus 2 stipem mensuram conferre: dum tamen semel in mense coeant, ne sub praetextu hujusmodi illicitum collegium coeat; quod non tantum in urbe, sed et in Italia, et in provinciis, locum habere, divus quoque Severus rescripsit. — § 1. Sed religionis causa coire non prohibentur: dum tamen per hoc non fiat contra senatusconsultum, quo illicita collegia arcentur. — § 2. Non licet autem amplius quam unum collegium licitum habere, ut est constitutum et a divi fratribus; et si quis in duobus fuerit, rescriptum est, eligere eum oportere, in quo magis esse velit: accepturum 3 ex eo collegio, a quo recedit, id quod ei competit ex ratione quæ communis fuit.

2. ULPIANUS, lib. 6, de Officio proconsulis.

Quisquis illicitum collegium usurpaverit, ea poena tenetur, qua tenentur qui hominibus armatis loca publica 4 vel templa occupasse judicati sunt.

3. MARCIANUS, lib. 2 Judiciorum publicorum.

Collegia si qua fuerint illicita, mandatis 5, et constitutionibus 6, et senatusconsultis 7, dissolvuntur. Sed permittitur eis, cum dissolvuntur, pecunias communes, si quas habent, dividere, pecuniamque inter se paritari. — § 1. In summa autem, nisi ex senatusconsulti auctoritate, vel Caesaris, collegium, vel quodcumque tale corpus coierit, contra senatusconsultum, et mandata, et constitutiones collegium celebrat. — § 2. Servos quoque licet in collegio tenuiorum 8 recipi volentibus dominis: ut curatores horum corporum sciant, ne invito aut ignorante domino in collegium tenuiorum recipere: et in futurum poena teneantur, in singulos homines aureorum centum.

4. GAIVS, lib. 4, ad legem 12 Tabularum.

Sodales sunt, qui ejusdem collegii sunt: quam Graeci *ἐταίροι* vocant.

TIT. XXI. — 1. Immo vide L. ult. in pr. infr. h. t. — 2. L. 2, L. ult. in fin. infr. eod. — 3. L. 1, supr. eod. — 4. Immo vide L. 1, supr. eod. — 5. L. 1, § 1, supr. de furt. — 6. L. 1, § 1, supr. de furt. — 7. L. 1, § 1, supr. de furt. — 8. L. 1, § 1, supr. de furt. — 9. L. 1, § 1, supr. de furt. — 10. L. 1, § 1, supr. de furt. — 11. L. 1, § 1, supr. de furt. — 12. L. 1, § 1, supr. de furt. — 13. L. 1, § 1, supr. de furt. — 14. L. 1, § 1, supr. de furt. — 15. L. 1, § 1, supr. de furt. — 16. L. 1, § 1, supr. de furt. — 17. L. 1, § 1, supr. de furt. — 18. L. 1, § 1, supr. de furt. — 19. L. 1, § 1, supr. de furt. — 20. L. 1, § 1, supr. de furt. — 21. L. 1, § 1, supr. de furt. — 22. L. 1, § 1, supr. de furt. — 23. L. 1, § 1, supr. de furt. — 24. L. 1, § 1, supr. de furt. — 25. L. 1, § 1, supr. de furt. — 26. L. 1, § 1, supr. de furt. — 27. L. 1, § 1, supr. de furt. — 28. L. 1, § 1, supr. de furt. — 29. L. 1, § 1, supr. de furt. — 30. L. 1, § 1, supr. de furt. — 31. L. 1, § 1, supr. de furt. — 32. L. 1, § 1, supr. de furt. — 33. L. 1, § 1, supr. de furt. — 34. L. 1, § 1, supr. de furt. — 35. L. 1, § 1, supr. de furt. — 36. L. 1, § 1, supr. de furt. — 37. L. 1, § 1, supr. de furt. — 38. L. 1, § 1, supr. de furt. — 39. L. 1, § 1, supr. de furt. — 40. L. 1, § 1, supr. de furt. — 41. L. 1, § 1, supr. de furt. — 42. L. 1, § 1, supr. de furt. — 43. L. 1, § 1, supr. de furt. — 44. L. 1, § 1, supr. de furt. — 45. L. 1, § 1, supr. de furt. — 46. L. 1, § 1, supr. de furt. — 47. L. 1, § 1, supr. de furt. — 48. L. 1, § 1, supr. de furt. — 49. L. 1, § 1, supr. de furt. — 50. L. 1, § 1, supr. de furt. — 51. L. 1, § 1, supr. de furt. — 52. L. 1, § 1, supr. de furt. — 53. L. 1, § 1, supr. de furt. — 54. L. 1, § 1, supr. de furt. — 55. L. 1, § 1, supr. de furt. — 56. L. 1, § 1, supr. de furt. — 57. L. 1, § 1, supr. de furt. — 58. L. 1, § 1, supr. de furt. — 59. L. 1, § 1, supr. de furt. — 60. L. 1, § 1, supr. de furt. — 61. L. 1, § 1, supr. de furt. — 62. L. 1, § 1, supr. de furt. — 63. L. 1, § 1, supr. de furt. — 64. L. 1, § 1, supr. de furt. — 65. L. 1, § 1, supr. de furt. — 66. L. 1, § 1, supr. de furt. — 67. L. 1, § 1, supr. de furt. — 68. L. 1, § 1, supr. de furt. — 69. L. 1, § 1, supr. de furt. — 70. L. 1, § 1, supr. de furt. — 71. L. 1, § 1, supr. de furt. — 72. L. 1, § 1, supr. de furt. — 73. L. 1, § 1, supr. de furt. — 74. L. 1, § 1, supr. de furt. — 75. L. 1, § 1, supr. de furt. — 76. L. 1, § 1, supr. de furt. — 77. L. 1, § 1, supr. de furt. — 78. L. 1, § 1, supr. de furt. — 79. L. 1, § 1, supr. de furt. — 80. L. 1, § 1, supr. de furt. — 81. L. 1, § 1, supr. de furt. — 82. L. 1, § 1, supr. de furt. — 83. L. 1, § 1, supr. de furt. — 84. L. 1, § 1, supr. de furt. — 85. L. 1, § 1, supr. de furt. — 86. L. 1, § 1, supr. de furt. — 87. L. 1, § 1, supr. de furt. — 88. L. 1, § 1, supr. de furt. — 89. L. 1, § 1, supr. de furt. — 90. L. 1, § 1, supr. de furt. — 91. L. 1, § 1, supr. de furt. — 92. L. 1, § 1, supr. de furt. — 93. L. 1, § 1, supr. de furt. — 94. L. 1, § 1, supr. de furt. — 95. L. 1, § 1, supr. de furt. — 96. L. 1, § 1, supr. de furt. — 97. L. 1, § 1, supr. de furt. — 98. L. 1, § 1, supr. de furt. — 99. L. 1, § 1, supr. de furt. — 100. L. 1, § 1, supr. de furt.

His autem potestatem facit lex, pactionem, quam velint, sibi ferre: dum ne quid ex publica lege corrumpant. Sed hæc lex videtur ex lege Solonis translata esse: nam illuc ita est: *Εάν δὲ δῆμος, ἢ ἀπάγοι, ἢ ἐπιπὼν ὄργων, ἢ ναῦται, ἢ ἀναίται, ἢ ἐπιπράτοι, ἢ θιασίοι, ἢ ἐπὶ λίαν οὐχόμενοι, ἢ εἰς ἐμπορίαν, ὅ τι ἂν τούτων διαβῶνται πρὸς ἀλλήλους, κέρων ἐναί, ἐν μὴ ἀπαγορέσει δημοσία γράμματα.* Id est, *Si autem plebs, vel fratres, vel sacrorum sacramentales, vel nautæ, vel confrumentales, vel qui in eodem sepulchro sepeliuntur, vel sodales, qui et multum simul habitantes sunt: enimvero ad negotiationem, aut quid aliud: quidquid hu disponent ad invicem firmum sit, nisi hoc publice leges prohibuerint.*

TIT. XXIII.

DE POPULARIBUS ACTIONIBUS.

1. PAULUS, lib. 8, ad Edictum.

Eam popularem actionem dicimus, quæ suum jus populi tuetur

2. Idem, lib. 1, ad Edictum.

Si plures simul agant populari actione, prætor eligat idoneiorem 1.

3. ULPIANUS, lib. 4, ad Edictum.

Sed si ex eadem causa sæpius agatur, cum idem factum sit, exceptio vulgaris rei 2 judicate opponitur. — § 1. In popularibus actionibus is, cujus 3 interest, præfertur.

4. PAULUS, lib. 5, ad Edictum.

Popularis actio integræ personæ permittitur: hoc est, cui per edictum postulare licet.

5. Idem, lib. 8, ad Edictum.

Qui populari actione convenietur, ad defendendum procuratorem dare potest: is autem, qui eam movet, procuratorem dare non 4 potest.

6. ULPIANUS, lib. 25, ad Edictum.

Mulieri et pupillo 5 populares actiones non dantur, nisi 6 cum ad eos [res] pertineat.

7. PAULUS, lib. 41, ad Edictum.

Populares actiones non transeunt ad eum cui restituta est hereditas ex Trebelliano senatusconsulto. — § 1. Item qui habet has actiones, non intelligitur esse locupletior 7.

8. ULPIANUS, lib. 1, ad Edictum.

Omnes populares actiones neque in heredes dantur, neque supra annum extenduntur.

LIBER QUADRAGESIMUS OCTAVUS.

TIT. I.

DE PUBLICIS JUDICIIS.

1. MACER, lib. 1, de publicis Judiciis.

Non omnia judicia, in quibus crimen vertitur, [et] publica sunt, sed ea tantum, quæ ex legibus judiciorum publicorum veniunt: ut Julia majestatis, Julia de adulteriis, Cornelia de scariis et veneficiis, Pompeia parricidii, Julia peculatus, Cornelia de testamentis, Julia de vi privata, Julia de vi publica, Julia ambitus, Julia repetundarum, Julia de annona.

2. PAULUS, lib. 15, ad Edictum prætoris.

Publicorum judiciorum quædam capitalia sunt, quædam non capitalia. Capitalia 3 sunt, ex quibus poena mors, aut exilium est, hoc est aquæ

de collus. deteg. — 1. L. 5, § 12, supr. de homine libero exhib. — 2. Supr. de except. rei judic. — 3. L. 2, supr. h. t. — 4. L. 15, in pr. supr. de procurat. — 5. L. 5, in pr. supr. de oper. novi nunciat. — 6. d. L. 5, in pr.; L. 11, in pr. infr. de accusat.; L. 12, C. qui accusare. — 7. L. 12, in pr. infr. de verb. sign. — 8. L. 1, in pr. supr. quod ejusdemque univers. — 9. L. 1, in pr. supr. h. t. — 10. L. 1, in pr. supr. quod ejusdemque univers. — 11. L. 1, in pr. supr. h. t. — 12. L. 1, in pr. supr. quod ejusdemque univers. — 13. L. 1, in pr. supr. h. t. — 14. L. 1, in pr. supr. h. t. — 15. L. 1, in pr. supr. h. t. — 16. L. 1, in pr. supr. h. t. — 17. L. 1, in pr. supr. h. t. — 18. L. 1, in pr. supr. h. t. — 19. L. 1, in pr. supr. h. t. — 20. L. 1, in pr. supr. h. t. — 21. L. 1, in pr. supr. h. t. — 22. L. 1, in pr. supr. h. t. — 23. L. 1, in pr. supr. h. t. — 24. L. 1, in pr. supr. h. t. — 25. L. 1, in pr. supr. h. t. — 26. L. 1, in pr. supr. h. t. — 27. L. 1, in pr. supr. h. t. — 28. L. 1, in pr. supr. h. t. — 29. L. 1, in pr. supr. h. t. — 30. L. 1, in pr. supr. h. t. — 31. L. 1, in pr. supr. h. t. — 32. L. 1, in pr. supr. h. t. — 33. L. 1, in pr. supr. h. t. — 34. L. 1, in pr. supr. h. t. — 35. L. 1, in pr. supr. h. t. — 36. L. 1, in pr. supr. h. t. — 37. L. 1, in pr. supr. h. t. — 38. L. 1, in pr. supr. h. t. — 39. L. 1, in pr. supr. h. t. — 40. L. 1, in pr. supr. h. t. — 41. L. 1, in pr. supr. h. t. — 42. L. 1, in pr. supr. h. t.